

moertura. Introivit ergo iterum in
praetorium Pilatus, et vocavit Je-
sum, et dixit ei: S. Tu es Rex
Judaeorum? C. Respondit Jesus:
+ A temetipso hoc dicis: an alii
dixerunt tibi de me? C. Respon-
dit Pilatus: S. Numquid ego Ju-
daeus sum? Gens tua, et Ponti-
fices tradiderunt te mihi, quid so-
cisti? C. Respondit Jesus: + Re-
gnum meum non est de hoc mun-
do. Si ex hoc mundo esset re-
gnum meum, ministri mei utique
decerterent, ut non traderer Ju-
daeis: nunc autem regnum meum
non est hinc. C. Dixit itaque ei
Pilatus: S. Ergo Rex es tu? C.
Respondit Jesus: + Tu dicis,
quia Rex sum ego. Ego in hoc
mundo, et ad hoc veni in
mundum, ut testimonium perhi-
beam veritati: omnis, qui est ex
veritate, audit vocem meam. C.
Dixit ei Pilatus: S. Quid est ve-

matris ejus Maria Cleophae, et Ma-
ria Magdalene. Cum vidisset ergo
Jesus Matrem, et Discipulum stan-
tem, quem diligebat, dicit Matri
suae: + Mulier ecce filius tuus.
C. Deinde dicit Discipulo: + Ec-
ce mater tua. C. Et ex illa hora
accepit eam discipulus in suam.
Postea sciens Jesus, quia omnia
consummata sunt, ut consumma-
retur Scriptura, dixit: + Sitio.
C. Vas ergo erat positum secto
plenum. Illi autem spongiam ple-
nam secto hyssopo circumponen-
tes, obtulerunt ori ejus. Cum er-
go accepisset Jesus acetum, di-
xit: + Consummatum est. C. Et
inclinato capite tradidit Spiritum.
Hic genuflectitur, et pauzatur ali-
quantulum. Judzi ergo (quoniam
Parascève erat) ut non reman-
erent in Cruce corpora
(erat enim ^{die} ^{domini} ^{tertia} ^{post} ^{pascha}) hic
bati rogati.